

ALBERICI GENTILIS¹⁰

I. E. PROFESSORIS REGII.

FV 6
AD PRIMUM


M A C B A E O R U M
D I S P U T A T I O

A D

I L L U S T R E M ET REVERENDI S.

D. T O B I A M M A T T H A E U M
E P O C O P U M D U N E L M E N S E M.

Ex commissione
Inquisitorum libri hoc opus
genuit et x. Ann. 1600.
Granat, die 29. Aug.



FRANEKER,

Apud Aegidium Radæum,
Ordinum FRISTIAE Typographum.

1600.

ALBERICI GENTILIS ^{AD}

I. C. PROFESSORIS REGII.

✓V6

AD PRIMUM

M A C B A E O R U M

D I S P U T A T I O


A D

ILLOSTREM ET REVERENDISS.

D. TOBIAM MATTHAEUM

EPISCOPUM DUNELMENSIS.

Ex commissione officij sive
Inquisitionis liberum exponit
gatim est x^o et x^o an. No. 2.
Granatz, die 29 an. 1715.



FRANEKERÆ,

Apud Ægidium Radæum,

Ordinum FRISTIAE Typographum.

1600.

i 15325751

rf. & no. v.
o. prf. ad
et ad r. Ma.
l. ep. ad

plus rur
tur. Ad
to facilius
utile in pra
c. & q
quarum
tetur ad
M. & q
terru
uicem & p
sun.
Iudicavit
dumque & n
tempore & h
Debeo me
mum, quod
fundat
q; eruditus
datæ. T
orum liberalies,
mje & in Anglia novu
et affidit exult
tis, & cœre ab
modum cœper
cet pœnitentia.
MATTHÆS
et præsidium, et dulce ar

L

*Si dici possit, Alexandrum suis
divisisse regnum.*

C A P. II.

Alt Macbæicus, divisisse Alexandrum suis administris
regnum, quum adhuc viveret. Id vero verum esse non
videtur per historicos alios. Sed argumentum istud dilui-

tur, si cum eruditissimo Francisco luno regnum pro satra piis, & pro regni rectione exponimus. Ut sic sanè Zosimus ait, Alexandro mortuo divisum regnum fuisse in sa-

^b Gen. 36. 3. Ezr. 1. ^{i. Mac. 3. 3. Mac. 6.} Coru. Nep. Ann. trapias. ^b Ut sic quoque rex pro primario judge, & præside alibi legitur in ipsis sacris libris, itidem in iis quodam aliis, & in alijs auctoribus: quod idem unus est. Tremelius sepius adnotarunt. Alexandrum vero iustificat divisisse satrapias suis, credemus dicenti Macbæco:

^c Cor. Ne. Demet. Namque est verisimile valde, Alexandrum id fecisse, quod non facere omnes consueverunt, qui filii impuberibus, cognitis tutores, curatores, administratores relinquunt. ^c Quod factum ab Alexandro, significat nobis Cornelius Nepos: ^c qui scribit, visum Alexandrum cōmendasse regnum Perdicce, cui tradidisset anulum moriens, donec in suam tutelā pervenissent filii sui Alexandri. Et de ea anuli traditione etiam

^d Iust. lib. 12. ^d alii tradunt. & hoc amplius, Perdiccam visum ita electum

^e Val. lib. 7. s. & heredem, licet non voce nuncupatum. ^e Sane enim anulus sic datus (ut est sigillum pro re charissima) quasi hereditatis designatio, & hereditatis adsignatio habitus est. Sed hæc tamen adsignatio hereditatis & regnum illud fuerit commendatum, de quo nunc dicimus. Et dictum hoc historici ex dicto alterius historici ita declaramus. Quandoquidem potuerit quoque Perdicca esse & rex in legitimam

^f Plut. Lycur. Inst. usque ætatem filiorum Alexandri. ^f Ut sic scilicet fuit Lycurgus, filio regis defuncti nondum nato, nondum adul-

^g Nic. Greg. lib. 4. to. ^g & quemadmodum coronatus etiam imperator traditur recentiori Graeca historia Michael Palæologus, donec

^h Hor. de in. suec. ad legitimus heres adolevisset. ^h Et quemadmodum, jure hæc fieri, interpres juris docent. Aut si administratores inter-

rim principes illi fuerunt, dum Alexandi proles in suam tutelam venisset: ea tamen non veniente ad illam ætatem,

ⁱ idem

Idem fuisse à principio usque heredes censemur. ut sic ad. i Decia. cōf. 119. 3. ministrator est, qui institutus heres est ad incertam diem. Atque sic est solutio argumenti gemina. Et utrique tamen obstat videtur, quod non à vivo Alexandre ea partitio Satrapiarum facta videtur, verum eo mortuo à principibus suis: ^k *Alexandro mortuo, quum regna singulis familiaribus dis- pertirentur, & summa rerum traducta esset tuenda eidem, cui Alexander moriens anulum suum dederat Perdicce: inquit Cornelius Nepos: 1 sive ille AEmilius Probus est Cornelii ne- pos. Præterea quomodo verum est, ut Satrapias, hereditatemque diviserit Alexander vivus, quæ uni Perdicce com- mendavit? At mihi hīc respondeo, posse utrumque simul stare, & quod diviserit Alexander vivus provincias suis, & quod provincias sui illi diviserint inter se defuncto Alex- andro. Etenim heredesque dividunt aliquando (^m memi- ni nunc filiorum Ludovici Pii) hereditatem inter se, quæ divisa ipsis à defuncto fuerat. Et à divisionibus ad divisiones sepiusculè disceditur.* ⁿ *Et horum ergo neutrum dicetur falsum, quæ simul esse verissima valent. ut diceret Augu- stinus & noster Baldus, quod quum quid potest esse ve- rum, numquam id præsumitur esse falsum. Et ergo licet alii omnes historici traderent de partitione post Alexandri mortem facta: quia & hæc, de qua tradit Macbæcus, facta esse itidem potest, & verisimiliter videtur: Macbæcus mendaciū non accusabitur. Divisisse autem Alexander sus- tinebitur, et si uni immo commendaverit. p nam uni sum- mam rerum tradiderit: nec tamen in certis administrationi- bus alios non constituerit. ut sic à principibus illis est factū: & fieri passim inque publicis, inque privatis solet. q Non privativè, inquiunt nostri, sed cumulativè distribuuntur ducibus minoribus milites, qui summo dantur. Ostenda- tur historia, quæ negat de his administrationibus singulari- bus,*

^k Cor. Ne. Eun.

^l Mag. 4. Milc. 15.

^m Sig. 5. de re. I. II.

ⁿ Aug. 2. co. eu. 66.

^o Bal. I. 12. de sta- ho.

^p 1.77. § pater pia- tribus. de leg. 2.

^q Ceph. conf. 76.

bus, de quibus ego expono Macbæicum: aut stetur Macbæ-
z Gl. diem de arb. ico, qui hoc ait. ^r Etiam adfirmanti testi plus creditur, quam
neganti: & absque mora illi, qui ait, attendimus, non illi,
qui silet. Quod si cum Latina versione vulgata, nec repug-
nante textu Græco, legeris non divisit, sed dimisit: ecce no-
bis alia responsio est, et solutio argumenti nova. ut quod
unum dimissum fuit Perdicæ, id dimissum administris scri-

^{s Gen. 35. ubi} ^{Tre. & not. 9. A&C.} ^{& Cic. 3. de orat.} figuræ in scripturis etiam frequenti, non modò aliis
usitata auctoribus. Sed ecce etiam solutio quarta: *Divisit*

^{t Al. or. septentrio} ^{u Iusti. lib. 12.} *regnum adminis Cris*, inquit: at de modo non explicat. Divi-
serit igitur, vocando eo in secundam spem, si proles sibi
non extitisset. quod eogitasse anteā, & voluisse Alexan-
drum notavi de lapide in ortographia Aldi: in quo de his

^{x 1.82. de cond. 1.4.} ^{E. de na. lib. Decia.} ^{conf. 106. 3.} *administris Alexander, Quos nobis sine prole decedenibus re-*

linquimus nos Crs heredes, & rotius orbis. u Regem videlicet
terrarum omnium se ferebat Alexander. Et quod itaque

^{y 1. centvrio ubi} ^{no.} *cogitatum aliquando fuit, id factum firmes cum Macbæi-*
^{z Apnl. de syll. ca.} ^{a Lue. lib. x.} *co probabiliter. x Siquidem ex voluntate viventiis intelli-*

gitur voluntas moriētis. Nec me movēt, quæ insecura sint
aliter. Nam & contra convēta propria iidem fecere princi-
pes. *Nec me movet, quod proles morienti erat Alexandro.*

quoniam quæ olim substitutio fuit in easum, si Alexan-
^{g Lips. 1. Patere.} *der sine liberis deceſſisset, y ut istum comprehendebat quo-*

que, si liberi illi mortui fuissent impuberes: ita nec disces-
sum videbitur ab isto post: & in istum sic verisimilis est nar-

x Apnl. de syll. ca. ratio scriptoris nostri. z Sic quod volumus in alterutro, cer-

tè in altero volumus. At fero solutionem quintam: Di-

vit regnum: id est, dividendum reliquit. a nulloque herede re-

licito rotius fati lacerandas præbuit urbes: de Alexandro canit
Lucanus. Liberorum ille suorum curam habuisse nullam
traditur: at, digno inter eos principes regnum se relinquere
significasse. Et hoc ut sine certo successore moreretur, Ale-

xandri exemplo, habuisse Traianum in animo, recitant ^{b b} part. Adr.
historiæ. Cùm autem principes illi essent omnes dignissi-

mi, *ut singulos reges putares*, ait lustinus: ^c et quales trecenti ^e quid. fast. 2.

Fabii memorantur idonei, ut duces essent: jam omnibus

dimisisse, & divisisse regnum Alexander censembitur, & la-

cerandum, ut dixit Lucanus, præbuuisse. Quod & illi adfir-

marent juris interpretes, qui, si præmium primò aliquid

præstanti defertur, & id prætent pariter plures, omnibus

partiendum propositum præmium, docent; ut ego retuli

in disputatione alia de præmio coronæ muralis. Sic divi-

dendum reliquit, divisum sic esse regnum voluit, certè fe-

cit Alexander. ^d Sic & in canonis, *sepelierunt eum*, id est ^{d 2. reg. 9. & 2. ch.}
^{22. ubi Tr.} sepeliendum reliquerunt, qui vulneratus quidem morta-

liter, sed nondum mortuus, & qui etiamnum fugit. Addo

sextam, & septimam solutionem: *Divisit regnum*: ut sic

scilicet famosum fuit, & ut sic exponimus per figuram el-

lipis, de qua dicemus posteā. Aut etiam quia scriptores

quæ sacri sic utantur testimoniis, quæ jam fuerant in gen-

tibus divulgata, ^{e Hier. q. Ge. c. 46.} ut Hieronymus censet. ^f Et de aliis scri-

ptoribus alii, *Non omnia ad historiæ fidem commemorant: sed*

vulgatae opinioni, à qua disidere multò difficultimum est, serviunt.

Et neque longè hinc nostri temporis ^g criticus excusat Pa-

terculum in eo, quod scribat, reductos ab Aristodemis

Spartanos, qui, aliorum omnium scriptorum attestacione,

reducti à filiis Aristodemi fuerunt: & ait criticus, Sparta

creditum de Aristodemo ipso: atque Paterculum secu-

tum, & retulisse istam Spartanorum opinionem. Ex opi-

nione loqui etiam scripturas, notabo inferius. ^h Traditum

porrò ab auctoribus, & famosum de provinciarum dis-

tributione hac ab Alexandro facta, testatur Curtius: et si

quoque, fuisse vanam & traditionem, & famam, asseve-

ret. Quanquam nec id asseverari fortassis debuit in facto

ⁱ Liv. lib. 7.^k Cic. 6. Att. 1.^l Nic. Ca. 1. hist. 6.

adèò incerto hoc, & reliquis Alexandri. Sed (quod i aff. cubi ait Livius) famæ rerum standum fuerit, ubi certam derogat vetustas incerta fidei. Et hæc solutio octava ab incerto. Ad sextam adde illa Ciceronis, ^k Nos publicam propæ opinionem secuti sumus, ut multa apud Græcos, &c. ^l Eam secutus, an Macbaicum, an quid aliud est Nicephorus, qui hic idem scribit cum Macbaico?

Quomodo post mortem Alexandri tenuerint regnum principes.

C A P. I I I.

Secundum argumentum est: falsum videri, quod Macbaicus narrat, dominatum tenuisse eos Alexandri familiares, quemque in loco suo, & imposuisse sibi diadema ta post mortem illius. Nam hoc tum demum ausi multò pòst, quum regia omnis proles concidisset, non priùs quam obierit Eumenes: ait Nepos. Sed hoc quicquid est, post Alexandri mortem factum est tamen. Nec de quanto disputat scriptor: qui hæc obiter, & alio properans adnotavit. ^a Et id nobis notandum est: quod quæ compendio dicuntur, item quæ commētationis propria non sunt, ea non accuratè traduntur. Sed & articuli isti, Post, Tum, Mol, Modò, & similes benignè, laxèque capi sàpè solent pro annis aliquot pòst, antéye, & quidem pluri bus, quam hi

^a Aug. ep. 78. Tr. Gen. 43. Apoc. 9. & Gal.

sint, de quibus hic est disceptatio: ^b Ut à multis est observa conf. Alc. conf. 104. ^c Man. orat. protum: & à nobis in primo libro nostro de legitimis tempore Cal. & in Pi. Lips. Patr. Torrèt. Sue. Ne. Cafau. Gal. Serv. Geor. 1. ^d Ball. 9. de off. pro conf. Alc. conf. 104. ^e Suet. Cæsar. ue tam senatus, quam populi diurna acta conficerentur, & publicarentur. ^f neque enim quotidie cogebatur senatus, aut cum populo agebatur. ^g Iuncta dicuntur, quæ modi manicus

A D . I. M A C B A E O R. D I S P. II
manicus à quæstura ad consulatum transcenderit, aliis omissis honorum gradibus, adilitate, præturâ. ^c Ita Druso Dio. lib. 56. potestas facta ab Augusto petendi consulatum non gesta prætura. ^d A Edilitate omisla præturam perere licebat. A-^d Cic. 2. de off. Man. pro Sext.

pud Suetonium itaque articulus ^e statim opponatur ci, quod dicit ^f Ser. Sulpicius ordinatum: & Victor, Marium hono. ^g Cic. 4. fa. 5. ribus per ordinem functum. ^f Sic jubet lex. Ita neque illa ^h l. 9. de mun.

mutabis Valerii in fine noni, possumus à Syllana violentia Cæsariana æquitas reduxit gubernacula Romani imperii: Sed vel de ordine expones eorum statuum, vel de tempore ca- pies verbum laxé. Atque etiam verum est, Syllanam fa-

ctionem optimatum viguisse in ea tempora Cæsaris. Id pro- sequor de tempore. ^g Inquit Moyses, Per illud tempus, ^g Genes. 38. atque decem amplius annorum spatium notat. ^h Etrusci, ^h Exo. 2.

Fuit in diebus illis: & sentit de quadraginta annis. Quam- quam hic addit, qui multi fuerunt: Additum nihil est illic, ⁱ Diebus autem illis: & anni quinque, & viginti includun- ⁱ Matth. 3. tur. ^k Cras, Hodie pro mox scriptum alibi est. ^l Et alibi, ^k Io. 22. 23. Luc. 13. Posse è accipiens David caput Philistæi, deculpi ipsum Hiero- ^l 1. Sam. 17.

lymam, &c. Et id non statim à victoria, ut textus historiæ tamen significat, fecit David, sed diu posteà. Etiam diu posteà est alibi, quod scribitur, ^m Deinde ædifica vit domum fatus Libani &c. Et posteà rēx Salomon adamauit mulieres, &c. ^m 1. reg. 7. & 9.

ⁿ Ait quoque euangelista, Et quum inde transiiset: ceterūm, ⁿ Aug. 2. co. eu. 6. 35 quia non etiam exprimit, si continuò, intelligitur post dies.

^o Et alibi, illo tempore: ubi temporis series non servatur. ^o Matth. 12. Non semper exigenda isthæc ratio syllabarum. Laxè sic est accipiens articulus quotidie hoc libro, capite octavo. ut etiam illud in eodem proposito Suetonii, p primus instituit ^p Suet. Cæs. 10.

Cæsar, ue tam senatus, quam populi diurna acta conficerentur, & publicarentur. ^q neque enim quotidie cogebatur senatus, ^q Manut. Phil. 1. aut cum populo agebatur. ^r Iuncta dicuntur, quæ modi- ^r Plin. lib. 31. c. 2. 1. 99. de V. S.

^{f Robon supp. Liv.} co distant intervallo loci. ^f Et continua, quæ modico distant intervallo temporis. Quotidie dicitur fieri, quod frequenter fit: continuum, quod aptum continuari. Sic ex nostris Stephanus Fridericus libro primo de interpretatione, ^t In ipsa hora, ait scriptura: quum est tam parum interpositum, ut sic dictum nec sit absurdè, quod Augustinus. Ecce duas solutiones: compendio hæc scribi, non accurate quasi à chronologo: laxè accipendum articulum pòst, non strictè. Adde tertiam. ^u dominatum reapse tenuisse illos principes ilicò ab Alexandri morte: nomine tantùm abstinuisse ad tempus regali. Et itaque huc respexerit Macbæucus. Et huc articulus pòst ducatur. Et diademata sic sibi imposuerint illi duces: id est regnum sibi quisque quæsierint, ut ita hoc Macbæico est postea, capite undecimo. ^x Appia. 1. civil. ^y Sic Syllæ, omnia potenter, regnum dicebatur negativum, qui se regem esse, verbo tantùm negabat. ^y Sic dicitur Syllæ regnum. ^z Et is, & alii similes sic Græcisque dicti monarchæ memorantur. ^a An Cæsar non rex erat, tenebatque regnum, quamquam Cæsarem se, non regem esse responderit? ^b Sic de fasciola Pompæii, qua ille aliquando crux obligatum gerebat, non modò mollitiem viri notasse Cinnam poëtam, sed et dictum audimus, referre nihil, qua demùm in parte, in capite, an in pedibus diadema ferretur. Scilicet sunt quidam reges re, non nomine: & quidam nomine, non re. ^c reges Lacedæmoniorum nomine magis, quidam imperio. ^d & illis minus licebat, quam privatis. ^e Quod & de regibus olim AEgyptiorum est proditum. Quid si adfirmatos dominatus, & adfirmata diadema intuitus Macbæucus? Utique non adversabitur legitima successio filiorum, & fratris Alexandri media: quibus absque ulla firmitate regnum fuit, & diadema. ^f Ita historicus aliquis, quod et si principes Atidæum elegerint unum regem,

regem, sibi tamen ipsis regnum divisorint. Stant ista simul. Et ergò erit quarta solutio, Macbæicum prætermisso, quæ nihil erant. In quo habet ille magistrum, & auctorem Danielem: qui hac ipsa de successione ita, ^g consur ^{g Dan. 8. ubi Tre, & 9.} gent quatuor pro illo: Id est, reges Alexandro succendent quatuor simul, Seleucus, Cassander, Antigonus, Ptolemaeus. Et iterum, frangetur regnum eius, & divideatur in quatuor, sed non posteritati eius. Non habet rationem neque Daniel liberorum, aut fratriis Alexandri, aut aliorum principum, qui qualiter qualiter regna tenuerunt, sed corum tantum, qui tenuerunt potenter. ^h Sic Valerius Poplicola primus consul, & cum Bruto dicitur auspiciatus initium consulatus quia Cellatinus, Lucretius cum Bruto vix tecnerunt. Sic septem Romæ reges dicuntur communiter: octavus vix memoratur.

Antiochum vivum ceperunt Romani.

C A P. I I I I .

Est argumentum tertium: neque esse verum, quod ait scriptor, Antiochuni vivum captum à Romanis fuisse. ^a Et quidem alibi, atque scriptori huic nostro vivus capi intelligitur de eo, qui manu tenetur, quo modo captus non est Antiochus. At vero nec hi tamen solidicuntur capti, qui manu tenentur, sed & obfessi. ^b Iam capto flamus in b Sil. lib. 1. 6. 13. hoste: Annibal ait de obfessis Saguntinis, & capiti sensere Quirites: Romani in Capitolia obfessi, & Capitolia capta apud Silium. ^c & apud Livium, populum Romanum caprum à se, aurum redemptum. Et rursus apud Silium, aut bac Sicania pepigisti captus in ora: de Amilcare Annibalis patre in Sicilia apud Ericem obfesso. ^d Et ille apud Ovidium, Que d' Ovid. mem. 13.

f Tercen. 1. An. i.
Plau. 3. Trib. 2.
g Hiero. ep. 3.

h Vall. 6. eleg. 3.

i Danie. 9. Liv. lib.
38. 45.

k Liv. lib. 37. Plut.
di. re. ac du.

l Ceph. conf. 136.

m Cataub. Suc. 1. 2.

n Liv. lib. 34. & l. 1.
17. 5. de ad. po.

o Tertull. apolog.

p Bal. conf. 3. 1. 2.
Dec. 219.

q Hist. de be. A. 1. &
Ios. 15.

r Gen. 14. 3. 46.

s Val. lib. 2. c. 2.

animi affectu, morbo corporis tenetur? *Captus est*, habet:
f inquit Terentius. *corde captus*: Plautus. & id genus alia
vulgaria. g Captivas dixit Hieronymus Arabiam, Palæstina-
nam, A Egyptum, quæ timore tenebantur captivitatis,
depopulationis. h Latissimum est hoc verbum *capio*: &
λαυσάω, quo h̄ic vsus Macbæicus est. Atque de ea latitu-
dine alius fortè alias solutiones huc ducet. Ego polixior
non sum. Sed aio, supra scripta non aliena Antiocho: i qui
præmis *magnis*, *vere*, mariq; superatus, & propè extra
orbem *terram*, factus fuit ut sic Daniel, sic *loquaciter* Littus.
Et is etiam *factus*; *inclusum* tenet *perficitus*, *poluplanus*. su-
perassent Romani saltus, & *transigessi* in *Macedoniam*
essent. k Antiochus, concessa Lysimachia urbe, *non frena*
solum, *sed & jugum acceperit*, legitur apud eundem Livium,
& apud Plutarchum. Ecquid igitur à captura absuit? l Qui
fugere nequit, quin capiatur, pro capto itidem est nostris.
Et pepigisse pro voluisse pacisci: occisum pro iussum occi-
di: & id genus alia, & apud historicos legi m aliis notant.
Fractus viribus, fractus animo Antiochus, in angustias
compulsus ultimas, pacem petit, & veniam: & condicio-
nem nullam recusat. Dici sic captus potuit: n quia sic dici
deditus potuit. & neque est necesse, actu capere, & cor-
pore. Factus sub stipendum, tum potuit servus dici. o ut
has notas notat captivitatis alicubi Tertullianus: & nos in
tertio libro scripsimus de jure belli. Datis obsidibus, & in
his filio, jam ipse teneri videtur captivus. p Sicut magni
docent interpretes. q Sanè etiam si cepisse is dicitur urbem,
qui eam ingressus est primus: & iste dicetur captus, qui in
tam multis caprus est. r Etiam quæ de uno aliquo dicun-
tur, ea aliquando non de illo accipiuntur, sed de suis illius.
Sed & Carthaginem à majore Africano captam non aliter
dicit Valerius Maximus, quam quomodo Antiochus h̄ic
est

est captus: ut superior cognomen Africanum captâ, posterior
eversâ Corneliae genti daret: ait Maximus. Etiam poeta ali-
quis, Deuilo Hannibale, *captâ Carthagine*, &c, quos versus
legi t alicubi relatios Manutio. Et captam sic intelligunt, t ^{Manut. pro Arch.}
non intratam, non obsecram: sed vietam, classe spolia-
tam, stipendiariam factam, summo uno verbo, quo illic
utitur ^{a Cic. pro Mur. &} Cicero, oppressam, penè captam. Nullum simile
sic est simile. x Sic & Dio dicere omnino videtur, quod ^{b de hat. res.} x Dio lib. 35.
potuisset Lucullus, si celeriter conficeret bellum voluisset,
Mitridatem capere, & Tigranem. y Sic Cicero de Dalma. y Cic. s. fam. 11.
tis, quod brevi caperentur à Vatinio. Et ita pro latitudine,
ut dixi, verbi *capere* latè responsum huic est argu-
mento. Occurrit simile in verbo *necare*. z quo usus est Ci. z Cic. pro Milo ubi
cero pro vexato, afflito, perditio. Et de quo occasio erit
dicere in libro sequenti. a Simillimum de composito à no, a Ter. ap. 4, ubi Iu-
stro apud Tertullianum, ipsum *Capitolium Senones occupare-*
runt: quod est oppreserunt, non ceperunt, ut illic expo-
nitur: & de Curtio adfirmatur expositio, et si etiam placeat
magis emendatio. Atque ceperant vivum Romani Antio-
chum, id est valentem, fortunatum, magnum, & (ut alibi
audimus in b scripturis) virentem fregerunt, fecerunt hu- b Daniel. 4.
milem. Et illo modo vivus pro valente c alibi est, ut ele-
gantissimus Drusius in observationibus habet, & Tremel- c Drus. I. obf. 21. &
lius peritissimus aliquando notat. Neque abest hinc vulgi lib. 14. c. 16. & 17. &
Tr. 5. Mar. illud, d *Vivus, vidensq; pereo*. De quo, & significatu hoc d Cic. pro Sext. &
toto etiam Gifanius clarissimus in Lucretio. Figurata hæc Man. pro Quin.
locutio est. e Et nulla est lingua figuratior, quam Hebreæ est. e B. Ar. Mon. idiot.
Utunturq; Hebrei illis figuris quoque dum scribunt Grae. Viret. 2. de min. x.
cè: quod in comentariis unis Bezae videre est passim in no-
vo testamento.

*Eumeni domarunt Romani
Indianam, & Medium.*

C A P. V.

Quartum argumentum est. Falsum esse, Eumeni tributas de regnis Antiochi regionem Indicam, & Medium à Romanis, quod narrat Macbaeius tamen. Neque enim aut Antiochus, aut Romani regiones illas umquam habuerunt. ^a Et constat de Livio satis, quid datum Eumeni fuerit. Nihil ut dicam, quod nec Eumeni, sed Attalo data memorant ^b alii. Estenim utrumque verum, data utrique, primum Eumeni, mox fuisse Attalo. De rebus datis controversia est. ^c Medos tamen in subditis Antiochi audimus: de quibus nunc capiamus licet Medium, sive nobilem illam, sive aliam. ^d Est & alia Media in Thracia: etalia in Illyrio. ^e Etiam Indianam Scythiae legimus: etiam ^f Drus. Sirach. 24. A Ethiopia est & quarta nunc in Occidente. Et illam Scythia indicavit mihi (an non recte?) Iustus Lipsius: alteram AEthiopiam Sabellicus de Herodoto, & Virgilio, usque coloratis annis de vexus ab Indis: is ait de Nilo. Illi etiam nobiles Indi colorati, ut sic Apuleius primo Floridorum, Indis sitis ad nascitentem diem, tamen in corpore color noctis essent. Et Nilus etiam apud Indos poni nobiles potest: ^g si Phasis hoc quoque nomine secundum quosdam indigitatur. Ceterum loquitur Virgilius omnino de AEthiopia nobili. Nam & AEthiopia quædam ignobilis est. Ut sic sunt alia multa, & Aut Indianam dicimus omnem AEthiopię plagam, & ipsam AEgyptum? ^h Aut in India ipsa etiam ponimus AEthiopes & AEthiopiam? quæ & sic dicatur ab illo colore populorum, quos solis vicinitas torret, ut explicant grammatici. ⁱ Etiam de eo colorcalius poëta: *Bacche coloratos postquam de vici-*

^a Liu. lib. 37.

^b Cie. pro Sext. &
Val. lib. 4. c. ult.
lib. 5. c. 2.

^c Liu. lib. 35.

^d Liu. lib. 26. Plut.
Alex. Scander. 9.
Arist. de ad. au. 110.

^e Lips. 4. mil. Ro.
5. Sabel. x. en. 8.

Virg. 4. Geo. Apol.

4. & Orph. Argon.

^f Drus. Sirach. 24.

^g Ser. 2. Geor.
^h Serv. 4. A En.

ⁱ In Mecc. obi.

AD I. MACBAEOR. DISC.

19

de vicimus Indos, &c. Et sic multa sunt in his geographicis, ut possit aliquis auctor sècè intelligere bene de uno, & interim intelligi male de alio. Ad ignobiliorem Medium, & ad ignobiliorem Indianam advertendum esset: si ostendi posset, Eumeni aliquid Syriae datum, aut Thraciæ. Ac ignobiliores Britannicas gentes, quæ in Indiis nobilioribus sunt, advertendum novo cosmographo fuit, scribenti de eadem una muliere uxore multorum: non huc labem istam trahere convenit ad Britannicas nostras. De Indicis legebam aliquando apud Cedrenum. ^k Tamen legimusque apud ^l Cas. 5. Gall. Cesaro, Britannos nostros denos, duodenosque inter se habuisse uxores communes, & maxime fratres cum fratribus, & parentes cum liberis. At ad donata Eumeni Dodice Romanos ei omnia, quæ ademerunt Antiocho, exceptis civitatibus Græcis. Id de Syriacis Appiani cognoscimus. Antiocho autem omnem paruisse Asiā, & proxima Europæ, atque ademta usque ad montem Taurum omnia, regionem die- rum plus triginta in longitudinē, decem in latitudinem pa-tentem, ^m Livius habet. Is ostendit, & Chersonesum, & Liu. lib. 33. 39. Lysimachiam, & alia Europæ Eumeni data. Cogito igitur de Media Thraciæ, & India Thraciæ, quæ & Sindia nuncupata. nam secunda Media ultra Taurum, ubi Antiocho relictum regnare. Sic capio Medium, sic Sindiam. Nam cur disputem, si Romani Indianam illam nobilem umquam attigerint, aut nobilem Medium? Certum est, quod non attigerant, quum haec donatio facta Eumeni est. ⁿ Sed Pompeius de Media triumphavit. ^o Alciatus scribit, in Indianam usque Romanos numquam arma protulisse. & itaque subditum opinatur diploma, quod vulgo circum fertur Bononiae, imperatoris Theodosii, scholasticis concessum: quo imperator ipsæ Indiae titulum sibi adscribit. ^p Sigonius tamen id non consideravit, qui scribit, benefi-

^m Plut. Pomp.

ⁿ Alc. c. de Agrie.

^o Sig. 1. & 7. de Ital.

C 2

ciis multis honestatam à Theodosio isto Bononiam. Quā
quam de eo scholasticorum nihil exprimit. Et scribit postea,
quēadmodum neq; Othonē primo imperante ullæ per Ita-
liam istiusmodi scholæ publicæ extitissent. Nunc Oxoni-
um gaude: p̄ quanto tanto es prop̄ior primo loco inter quat-
tuor scholas celebres, quanto ostenditur tibi posterior Bo-
nonia docens. Atq; hæc cūm ita sint, nihil est vaticinium,
q̄ Virg. AEn. 6.
z Tac. Ann. 4.
f Stra.lib. 15. Eutr. 7. & x. Suet. Aug. 21. Oros. lib. 6. c. 21. Flo. 4.
t Cogn. p̄ij 2.1.5.

q Super & Garamantias, & Indos proferet imperium. nihil de
Indis est. ^x est forsitan de Garamantis. Nihil hinc legati faci-
unt, qui ad Augustum, ad Antoninum missi ex India s̄per-
hibentur. qui & sic missi sunt fortassis, ^y Eusebius vult
et cognoscere. Et tamen Bononiense diploma de co-
gnomento Indici, contrā quām scribit Alciatus, afferi po-
test. ^u Imō enim Traianus ad Indum usque flumen bello
Ruf. P. Diac. lib. 3. Lips. 1. de ma. 10. 3. p̄venit. Quid Traianum dico? Lentulus an blanditur,
x Lue. lib. 8.
y Eule. 4. vi. conf.

^z Hier. vi. Hilario
P. Dia. lib. 18.

a Agath. 1. Goth.
Alc. 2. dipl. 2.

b Dio. lib. 78.

c Herodia. lib. 3. o.
10. 7. c. 17. 3. part.
Sex. Ruf.

ciis multis honestatam à Theodosio isto Bononiam. Quā
quam de eo scholasticorum nihil exprimit. Et scribit postea,
quēadmodum neq; Othonē primo imperante ullæ per Ita-
liam istiusmodi scholæ publicæ extitissent. Nunc Oxoni-
um gaude: p̄ quanto tanto es prop̄ior primo loco inter quat-
tuor scholas celebres, quanto ostenditur tibi posterior Bo-
nonia docens. Atq; hæc cūm ita sint, nihil est vaticinium,
q̄ Virg. AEn. 6.
z Tac. Ann. 4.
f Stra.lib. 15. Eutr. 7. & x. Suet. Aug. 21. Oros. lib. 6. c. 21. Flo. 4.
t Cogn. p̄ij 2.1.5.

q Super & Garamantias, & Indos proferet imperium. nihil de
Indis est. ^x est forsitan de Garamantis. Nihil hinc legati faci-
unt, qui ad Augustum, ad Antoninum missi ex India s̄per-
hibentur. qui & sic missi sunt fortassis, ^y Eusebius vult
et cognoscere. Et tamen Bononiense diploma de co-
gnomento Indici, contrā quām scribit Alciatus, afferi po-
test. ^u Imō enim Traianus ad Indum usque flumen bello
Ruf. P. Diac. lib. 3. Lips. 1. de ma. 10. 3. p̄venit. Quid Traianum dico? Lentulus an blanditur,
x Lue. lib. 8.
y Eule. 4. vi. conf.

^z Hier. vi. Hilario
P. Dia. lib. 18.

a Agath. 1. Goth.
Alc. 2. dipl. 2.

b Dio. lib. 78.

c Herodia. lib. 3. o.
10. 7. c. 17. 3. part.
Sex. Ruf.

pro Macbaeico potest, neminem adfirmaturum, Iudæos
nominibus illis, quæ non appellasse provincias, quas
noster auctor Eumeni donata nominat, quibus idem no-
minat. ^d Medicos. (id p̄fectum p̄cepto) Melicis dicitur vulgo
et tradit. Colunjeler. ^e Eritanius Medicus p̄fectus apud
Vannianos, ^f vero ep̄ist. Melicando filius, Marcarians.
dicitur Medicus etiam Melicardus Vannianus, ^g sentire. & Medi-
cūs scribitur. Sic colujeler, fr̄o, quid incepit suis iuvenis
liberis. ^h Dicitur autem metatheticone, p̄not. Eccl. 11.
act. 1. autem Melicardus sumponi appellatur, apud
Iudeos, quod melicardus. ⁱ Propter melicardum Bonorum. Alios
alios apt. ^j Propter melicardum. ^k Alioquin inimicis
flammeis, quod melicardus. ^l Etiam be. Græca nympha et opa-
tutus. ^m Græca nympha. ⁿ Melicardus p̄fectilimus. ^o Autem non
impedit p̄veri, sed sumponi. ^p Dicuntur, aliij nve, qui Aha-
habaeus et alii reges. ^q Sed Alucentur, siue Lybæton
tempore regni regiam dicitur. Romani. ^r Non
Græcæ linguae consueti: & Telamonem p̄b. ^s Alantes. & Me-
lonem (nisi id à Græco Mēλας, quo & nomine Nilus in-
digitabatur) pro Nilo. ^t Et Lybes corrupto vocabulo Mau-
ros pro Medis dixere. Et ipsi Lybes voce Romana Afri
sunt nuncupati: & quæ Mauritania est, dicta Numidia
est. Atque hrc non pauca sunt. Ex linguarum varietate
Latinis Hispania, Græcis Iberia: Corsica Latinis, Cyrnus
Græcis. ^u Etiam vicini populi sic variant. ^v Etiam scripto-
res: ut sic Mela dicit Iuverniam, Claudianus & Apuleius
Iernam, Lycophron Héρμην, Orpheus & Aristoteles & Stra-
bo ἡρμῆν, Ptolemeus ἡρμῆν, alii ἡρμῆν, & Cæsar, ac
Tacitus, aliique Latini passim Hiberniam. Nec sunt, ut
Stephanus putat, diversæ insulæ. Plura (quod dico) sunt
hujus generis. Plurima apud Hebræos: quod rursus di-
cam. Etiam quoniam Iudæis non ita nota erant transma-
C 3

^d Deut. 9. Num. 34.
^e Brod. 6. mif. 16.
^f Buc. 1. Scot. Camd.
^g Brit. Apul. de mun.
^h Sallust. Iugur.
ⁱ Herodia. lib. 7.

^j Polit. misc. 39. Scal.
de ca. l. 17. Dru.
9. Obs. 17. Serv.
AEn. 4.

rinæ regiones, ut eas distinguerent, interdum transferunt unius nomine ad alteram.ⁿ Quod

ⁿ Calv. 24. Num.

^o Iun. & Gall. verf.

^p Bell. 2. de V.D. 2.
7. 11.

^q Tr. Iu. 2. Sam. 15.
1. Chr. 9. 2. Chr. 2.
& 35. Iob. 6. x.
pt. 22. pt. 21. eccl.
Cap. pc. Eze. 36.
Da. 7.

^r Glar. Cur. 6. x.

^s Diony. 1. antiq. &
Mur. Hor. 1. ad 27.

^t Pincia. Sen.

^u Arist. 4. polit. 4.
ver. Arct. Lug. pa.

^x A polt. arg. 1. He.
rod. lib. 5. Virg. 1. 1.

^y Liv. lib. 38.

Nisi si dicimus ad id posterius, in vicinis regionibus solennem istam mutationem, ut una nomine alterius notata sit. ^t Indiam pro Lydia venisse volunt in liberum Senecæ tertium naturalium quæstionum. ^u Venisse in Latina Aristotelis politica alicubi, sive vitio codicis Græci, qui interpreti fuerit, sive aliter, nescio: sed hoc ego vidi, Indos pro Lydis scriptum. Nunc de Iliaca, sive Idica regione non controvertetur, quin data Eumeni non fuerit. utraque enim ei data Phrygia: ubi Ilium, & Ida. Et à quibus Iliacam, sive Idicam hīc regionem audimus. ^x Sic autores alii Ideam terram, Iliacam regionem dicere solent. Et de regione hīc dictum videri potest, cùm y urbs ipsa Ilium libera manserit, & ornata. Non de Ionia, aut de Myśia est quæstio, aut de Caria.

Quot

*Quot in senatum Romanum
convenirent.*

C A P. VI.

Quinctum sequitur argumentum. quod concilium senatus Romani non fuit, quum Macbæica illa gesta esse narrantur, supra trecentorum, ut preterea de viginti tradit Macbæicus scriptor: immò de ipsis viginti nec umquam, nec usquam aut lectum, aut relatum est. Cui argumento quid si respondeo, rotundum ab aliis numerum solenni notatum more, à Macbæico autem planè verum?

^a Centumviri dicuntur ab omnibus, qui erant quinque ^a fest.

tamen supra centum. ^b Quadragesita annos pro ^b Afr. Pil. & Man. sex posuit Cicero, cui hoc usitatum, ut omissa subtiliore

annorum computatione, summatis tempus comprehenderet. Plutarchus autem trecentos ordinis senatorii judices ait, quum essent trecenti sexaginta. Tertullianus sexcentos dicit annos alicubi in apologetico, qui quingenti viginti duo, ut ibi notat Iunius. Et id genus alia plura sic defenduntur. Et pulcrè etiam Scipioni fratri in parergis. Et

jam videtur numerus senatorum fuisse major trecentorum, si ducenti erant vivo Romulo: & his addidit alias Tullus: & Priscus addidit adhuc centum. Ut liquidò Manutius ostendit in libro de senatu. Quamquam velit idem

retinere numerum trecentorum etiam adversus liquidam hanc veritatem: ut dicatque, *Non liquet*. Sed fuerint trecenti. Quid si censores tum legissent, ^c quod alias fecerunt, ultra numerum constitutum? At argumento occurserat olim Manutius in libro de senatu Romano. ut qui

viginti supra trecentos hīc nominantur, non fuerint quidem senatores, sed quibus jure magistratus, quem gerebant,

^c Dio.lib.37.

bant, ingredi curiam, & cum reliquo senatu de publica
re consulere liceret. ^d Et multos, nondum in senatum le-
ctos, magistratum gerere solitos, scimus, & idem Manu-
tius alibi etiam scribit. Et itaque non pugnant, quæ varie-

^{e Tr. Ge. 2. Sam.} numerata esse possunt: adeoque non convenient. ^e Et in
^{ult. 1. reg. 5. 1. chr.}
^{20. Ezt. 2. Neh. 11.} hoc exempla sunt plurima librorum sacrorum: quæ no-
tarunt nostri, & nos postea referemus. De ea autem facul-
tate, quæ aliis extra senatores erat ingrediendi curiam, &

^{f Dio. lib. 79.} consulendi de republica, mihi certissimum est: ^f quicquid
dicere diversum aliquando videtur Dio, ^g nec solus Ma-

^{g Cic. posfe. in se.} nutius monuit. ^h Illinc & formula vocandi senatum sole-
^{li Bud. 1. ult. de se.} nat. Briss. 2. form.

^{i Dur. de sena. c. 1.} NI SENTENTIAM DICERE LICERET, &c. i Sequentibus
temporibus etiam qui honoribus imaginariis functi erant,
hoc potuerunt. Etiam qui à patritiis ulque ad omnes viros

^{k Zol. lib. 2. Proc. 2. illud. vnu.} illustres descendebant. id est, ^k qui patriti illi erant in im-
perio Constantinopolitano: & post eos patritios reliqui de-
inceps, qui illustrium titulo decorabantur. isti enim erant
in senatu omnes, amplius & senatores dicebantur. Sic lo-

^{i Cuia. no. 62. Panc.} cutus est Tribonianus; ^l cuius à manu esse postremam par-
tem legis ultimæ tituli Digestorum de senatoribus, ex qua

hoc est de patriciis, & sequentibus, recentiores interpre-
tes putant. Mihi inuidior videtur oratio tamen, quæm

^{m Luc. lib. 1. 1. 12.} ut Tribonianus tribuatur. ^m Et illud veteris locutionis, &
de capt. I. 1. de fca.
Buc. 1. 65. pro loc.
Manu. 5. ac. 2. Ver.

jurisconsultis usurpatum, & aliis Latinis auctoribus quæsi-
tum est. ⁿ Grammatici ad illud Virgilii, *Pacem Troiano ab*
rege petendum, sic scribunt, quod si dicis, *petenda pax*, non
uteris gerundio, sed participio. Patritios autem nec his
modo Græcis temporibus leges, sed & superioribus inde
ab Augusto. quod exponit clarissimus Italiae meæ juris-
consultus Vidus Pancirolius. At de tempore nunc agi-
mus

mus multo antiquiori. ^o Macbaei fuerunt tempore Nu-
mantino. Dixi igitur, viginti supernotatos in Macbaeo
eos fuisse, qui jure magistratus, et si senatores non essent,
ingredi senatum, & lententiam illic dicere poterant. Neque
enim inquit scriptor, senatores fuisse omnes, sed *senatū fecisse*
sibi, & quotidie concilium esse trecentoru&, & Viginti. P Habes aut
^{p 1.2. de orig. iu. &}
^{Diony. 6. antiqu.} ad hos viginti consocios consules duos, praetores duos, &
diles curules duos, ediles plebis duos, questores duos, tribu-
nos plebis decem: qui planum consociūt numerū viginti.

Et nec plures habes, qui dicere sententiā potuerint, & hi di-
cere omnes poterant. ^q Nam cœsores non erant magistratus
ordinarius: sed quarto quoquo anno creabantur legendō
senatui, censendis equitibus, locandis publicis, aliis rebus

agendis: quibus confessis abire magistratu solebant. Sic
dictator, præfectus urbi maximè extraordinarii erant ma-
gistratus. ^r Porro autem tribunis plebis licitum fuisse more
majorum, senatum vocare, & consulere, id extra aleam
est. ^s esse ad senatum semper, & decretis senatus interce-
dere, vel concedere eosdem potuisse, & id quoque cer-
tum. De ædilibus plebis, qui tamen ministri tribunorum

erant, quod & federent in senatu, etiam supra questores,
idem Manutius docet. Nec dubitandum videtur, quin &
jus dicēdæ sententiæ habuerint, si & questores (^t quod vo-
lunt) habuere. Aut si nec istos ædiles huc admittis, tum in

^{t Cuia. D. & C. de}
^{off. qut. Manut. de}
^{sena.} duces praetores duplicitos de auctoribus ^u aliis, & fortassis
plures. Potes aut questores notare duplicitos, auctore Ta-
cito in undecimo annal. De reliquis autem, majoribusque

magistratibus hoc fuerit indubitatum. Et ita satisfactum
argumento est. Ceterum & duo sunt, quæ movere quæ-
stionem possunt: primum, si majores illæ dignitates con-
ferri in alios consuevissent, quæm in senatores: alterum,
quod non hi solum, qui in magistratu erant, sed & qui

functi erant magistratibus, convenire in senatum, & sententiam ibi promere poterant. Et itaque raro tum augere numerum illorum ad viginti supra trecentos illi magistratus potuerint. nunc contra numerus in maiorem excresceret modum, si partem in numero faciunt isti etiam, qui defuncti magistratibus erant. At non haec movent tamen. Non, de quo dicere plura haberem, primum: quoniam non deco, quod ex facto contingere aut potuerit, aut consuevit, sed de eo, quod potuit per jus esse, & per mores civitatis, queritur. ^a & illi etiam majores magistratus esse potuerunt, qui senatores non essent. Potes, si majores existimis omnes, quod nescio si dixit Manutius ^y alibi, quæ Quint. ^y Ma. 4. ac. Ver. 2. tores inducere usque octo: quot ad Syllam fuerunt. Non obstat alterum. Et quia solenne, ut a magistratibus inducerentur in senatum, & quia honoribus defuncti pedibus tantum sine voce ibant in aliorum sententiam: ^z unde illud de senatoribus his pedariis, *Caput sine lingua pedaria sententia eff.* His addo, quod si bene non indicavero illos, qui facerent numerum viginti: hoc tamen fuerit firmissimum, extitisse alios præter senatores in senatu, qui sibi sententiam dixerint: & hos aut plures, aut pauciores fuisse viginti, non ostendi: itaque notari falsitatis Macbæicum non oportere, qui de viginti scribit. Puto tamen, me hos indicasse bene: ^a Tac. ann. 12. Lip. de ma. c. 2. ^a quoniam illi magistratus dicuntur omnes, quos ego nominavi, non alii. Quicquid de tribunis plebis, quod non essent propriè magistratus, ^b sit lata disputatio apud Plutar. ^b Plut. pro. R. 31. ^c Ma. pro Client. chum: quam tamen nec ille sequitur. ^c Et in eo, quod puram his demit, à Manutio arguitur. Fortè nec illud est prætereundum, quod expressum de solis trecentis est in Italica interpretatione. & margini sic adnotatum est, senatum fuisse tum prætorum, ut illic dicebatur. An hinc fuit conjectura, interpretem illum probatissimum in exemplaria

plaria incidiisse, ubi de solis trecentis scriptum esset? ^d Uticem. 1. com. ju. ci. 12. Lips. 2. de mi. que obrepit facile error in numeris. ^e Et in sacris quoque R. 3. Hierony. q. Gen. libris irrepsisse aliquando volūt. Et in uno aliquo quid esse, ^f Dan. q. Mar. 64. quod in aliis exemplaribus non sit, ut id ante quoque monui.

De officio consulis.

CAP. VIII.

Sextum est argumentum. quod non unus regebat Romanos, sed duo erant consules. & Macbæicus tamen scribit Romanos paruisse uni. Cui argumento sic est responsum. partitum extitisse consulum imperium in alternos dies: itaque paruisse uni Romanos semper. ^a Et de alternis diebus sic quoque Ioannes Bodinus ex Festo scribit: etiam & Iustus Lipsius censer. Atque non quasi novam rem sic petit Minutius à Fabio apud Plutarchum: non quasi novam rem faciunt apud Cannas consules AEmilius, & Varro. Et puteam sic fuisse in militia. Alias opinio ista placere nequit. Imò enim verum est de alternis mensibus. quod idem noster Italus interpres facit hīc. ^b Et sic de alternis mensibus significant auctores expressè, & expressè dicunt. Et ita illud verum, fuisse unum semper, qui imperabat. Nec enim de solenibus tantum ista dicuntur: ^c ut quod apud alterum essent fasces, securésve, item ara, & Tib. 2. 2. Scalig. Tib. Lips. de ma. c. si quid aliud tale: sed & de potestate. ait, ecce, Dionysius, 9. Erat autem penes Quintum ejus mensis imperium. quamobrem necesse erat collegam nihil in vita illo facere. De potestate por. rō consulū latissima ita Polybius, ^d Cūdi, quaqua versum extenditur imperium Romanum, consulum potestati subjiciuntur. Et itaq; etiam Cicero, ^e consulibus more majorū concessum est, vel omnes adire provincias. & alibi, omnes enim sub consulis jure, ^f imperio debent esse provinciae. Quædam non nisi utroque au-

etore consule fieri poterant: ut in senatum coire. f adeo
que Bibulo collega latente egisse cum plebe Cæsarem sola,
recitat Appianus. Et Manutius tamen, eodem libro de se-
natu, coitionem illam utroque auctore consule sic intelli-
git, ut non communem utriusque potestatem significet,
sed consentientes animos utriusque: quia alterutrius, ut di-

xi, potestas fuit. Et id non cōvenit cum Appiano g & vide-
tur verius. h itaq; fuerit fortè alia caussa, cur cum plebe ege-
rit Cæsar latente collega. Sed nostrā defensionem adfirmat
latius. i Atq; hinc aliqui interpretes nostri, diversam quidē
apud collegam possit, prætor apud collegā non possit, quo-
niā scilicet prætor quilibet semper parē ceteris tenet pote-
statem. non ita consul: qui, imperii mense non suo, asside-
bat collegæ quasi unus ex senatoribus. l Etsi ut prætor nul-
lum imperium habet in prætorem, ita nec ullum habet
consul in consulem. Et sic est fortè, ut consulis unius no-
men habeant litteræ, quæ m hoc libro posteā sunt: quia e-
ius tum imperium esset. Cur enim non haberent utrius-
que nomen, etsi etiam abfuisset à scribendo alter? Sanè im-
peratorum nomina præscribuntur omnibus constitutioni-
bus, licet ipsorum aliqui absuerint tum multo longius.
nec solùm quum imperarent simul, n̄ ut fecere primi, qui
divi fratres nominantur, Marcus, & Verus, sed & quum
dividere, quod fecere primi Probus, & Florianus, coepe-
runt imperium: certè divisis sedibus præfuerunt. Archadii,
& Honorii (exempli gratia) legimus nomina constitutioni-
bus præposita: cùm ille Constantinopoli, hic sederet Ra-
venna: omnis autem constitutio alterubi ederetur. Unius
subscriptum nomen consulis aliquando esse, o ratio dici-
tur, quia alterius erat dominatum. p Macrinus sinistro omi-
ne non unà cum suo præscripsisse filii nomen alicubi, no-
tatur

tatur, qui Cæsar secum, & Augustus. q Notus & iocus, q Dio.lib.38.Suet.
Cæs.c.20. quum Cæsar pulso collega de publico administraret solus
omnia, tñc non signatas testationes nomine utriusque con-
sulis, Cæsaris, & Bibuli, sed unius Iulii, & Cæsaris. Quæ
mitto tamen. Et illud dico, quod etsi nec unius ea fuisset
potestas consulis, at unita tamen duorum fuisset: dici ad-
huc unius imperium optimè posset. Nam & socii fungun-
tur unâ, eademque personâ: r ut hîc ait Baldus. f & mo-
narchia nuncupatur, etiam si duo, trésve regnent. t Uni-
us hominis vicem sustinent, qui unum magistratum ad-
ministrant, ait lex. u Non est hîc numerus, qui status di-
stinguat. x Monarchia est, quæ à duobus tam unicis continetur:
inquit de Deo quidem patre, & filio Tertullianus: sed quod
nec malè de duobus consulibus, itidem unicis, sive con-
sentientium animorum dicere possis. y Duo consentientes y Matth.6. not.
inflar unius sunt. Et plura id genus alia. Alioqui nihil com-
parabile est Deo: qui in trinitateque sua est etiam unissimus.
ut hoc ita uti verbo vult Bernardus z alicubi. z Et illud no-
tandum est multum, quod status rei Romanæ simillimus
Laconicæ, & imò idem affirmatur. atque illic pro duobus
Romanis consulibus duo erant reges. b & tamen statum
illum unius vocat Aristoteles in politicis sermonibus.
Quamobrem neque Macbaicus ineptè de consulibus di-
xerit veluti de unius gubernatione. Fortè nec absurdè &
prophetarum sermonem huc afferemus: c in quo audis
unū de consulibus his: & aliás individui nomen itidem pro
statu plurium conjunctorum in eandem administratio-
nem. Sed prima responsio est longè optima. d Sic ne du-
plicatus terror videretur, & pro uno duo esse viderentur
reges, prospectum fuit, ut unus tantum consul illam regis
unius & rem & speciem exhiberet. Sic solus unus impe-
rabat: numquam icterque. Et sic auctor noster, ut dixi, scri-
tatur

^a Lips. 5. mil. R. 5. x.
^b 12.

